

GEORGII MATHIAE BOSII
Prof. Phyſ. in Acad. Wittemb. Regiæ Scient. Acad. Paris. a Litter. commercio, Inſt. Bonon. & Regiæ Soc. Gryph. nec non Duc. Helmſt. Teut. Adſcripti.

Commercium Epiſtolicum

DE SESOSTRIDIS, AVGVSTI ET BENEDICTI XIV. OBELISCO.

obiter

PLINIUS *Hiſtoriographus* & DIODORUS *Siculus* *emendantur*.





SERENISSIMO
CELSISSIMOQUE PRINCIPI
AC DOMINO
DOMINO
FRIDERICO CHRISTIANO
LEOPOLDO
PRINCIPI REGIO
ET
ELECTORATUS SAXONIAE
HAEREDI
PRINCIPI JUVENTUTIS
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

V

* * *

Permittas, quæſo, *Dulciſſime Saxonis Hæres*,

Has TIBI pagellas dicere mente pia:

Magni Seſoſtrisque, Auguſti Cæſaris, atque

Pontificis Magni pingere marmoreum,

Immortale & opus tentabam. Reſtitit alma

Leucoris & vetuit. Perfero, at innocuus.

Hoc vero ſcriptum viderunt, ſicque probarunt

Qui cœtus noſtri. Forſan & hoc prohibent?

TU modo ne prohibe, teſtor, *Celſiſſime Princeps*,

Ut TUUS emoriar. Frendeat Invidia.

devotiſſima mente ſcripſit
GEORG. MATH. BOSE.


PRÆFAMEN EDITORIS.

IN manus Tibi trado, Benevole Lector, Commercium Epistolicum de SESOSTRIDIS, AUGUSTI & BENEDICTI XIV. Obelisco *a Viro praeclarissimo, plurimisque de Republica Litteraria meritis conspicuo* Georg. Math. Bosio, *Profess. Phys. in Acad. Wittenberg. celeberrimo conscriptum. Opusculum elegans, magno eruditionis apparatu, feliciorisque ingenii monumentis refertum, sed quod parum absuit, quin Autori suo fatale extitisset. Nolo hic repetere, vel in compendium redigere, quae in Diariis Eruditorum de Libelli hujus fatis, litibusque ob id ipsum Viro optumo a Facultate Theol. Wittenb. suscitatis, magnaque animi intemperantia ad hunc usque diem promotis, passim occurrunt; Extat enim eorum omnium succincta & vera in Novellis nostris Litterariis, a Clarissimo* Dähnerto *editis, enumeratio, publico Autoris, Viri veritatis, ut Geometram decet, amantissimi testimonio confirmata. Neque etiam animus est in rationes harum contentionum accuratius inquirendi; quandoquidem jam diu in Orbe litterato perversus invaluit mos, ut invidia illi circumveniantur, quos virtute superare non licet, atque bonis omnibus aeque ingrata talium moliminum accidit memoria, quam cladis publicae. Ipse denique libelli tenor Lectorem Benevolum sicuti de eruditione ita de innocentia Autoris convictum reddet. Verum quamvis potissima hujus Scripti fata silentio praetereunda mihi duxerim, mearum tamen erit partium, Lectorem Benevolum vel tribus edocere verbis, qua ratione illud in manus meas pervenerit, quo cognoscat, non suppositum, aut immutatum hic exhiberi, sed tale, quale ipsa Autoris opera in lucem prodiisset, nisi medios inter conatus fuisset impeditus. Vix bellum Wittembergae exorserat, cum statim Vir celeberrimus, quocum mihi*


iam per tria lustra intemerata intercessit amicitia atque consuetudo, me participem litium sibi motarum fecerit, humanissimisque ad me datis litteris ipsius opusculi autographum subiunxerit, cuius legendi cupidine eo magis excruciabar, quo maiori cum fructu Bosiana *semper mihi evolvere licuit scripta, & quo propius me Viri amicissimi fata solent tangere. Jam tum in animum induxeram, scriptum hoc publici juris facere, dum nihil famae tuendae magis conveniens, magisque idoneum fore putabam. Exhibebam eum in finem amplissimo Philosophorum ordini libellum, submittebamque ejusdem censurae, qui ausibus meis calculo suo comprobatis, dignissimum illum judicavit, quin in lucem ederetur; sed cum religioni ducerem, inscio Autore, obire munus Editoris, libertatemque mihi ab illo expeterem, non sine maximo doloris sensu ex responsoriis Amici optumi cognoveram, editionem huius* Commercii *sub graviore poena ipsi esse a Superioribus interterdictam; Petiit simul a me quam enixissime ut a proposito, quod ipsi facile funestum accidere posset, penitus abstinerem. Obtemperabam, quamvis aegre, precibus atque obtestationibus Amici, & opusculum praelo invitus subripiebam: sed forsan non obtemperassem, nisi tunc temporis rumor invaluisset, ablegatos esse ab* Augustissimo Academiae Nutritore *viros gravissimos qui examinandis atque dirimendis litibus operam darent, sententiamque ferrent. Cuius negotii exitum mihi eo magis expectandum esse duxi quo certior spes affulgebat, fore, ut instituto examine, auditis partibus, libelli tenore explicato atque inspecto, Autori clarissimo facultas concederetur, scriptum, ni superiorum jussu tamen indulgentia publice edendi atque promulgandi; cum hoc Amico meo magis gloriosum esse putassem, quam si illud mea qualicunque prodiret opera per longum temporis intervallum precibus Autoris permotus, destiti a proposito. Sed cum spe illa hactenus Autori frui nondum licuerit, plurimique, quibus hoc* Commercium *communicaveram, editionem eius Reipublicae Litterariae proficuam valde indi-*

iudicarent, inter quos palmarium merito occupat locum Illustriss. Liber Baro AXEL de LÖWEN *Regis Regnique Senator Eminentissimus, Pro-Princeps Rugiae &c. denique cum & Celeberrimus* PERARDUS, *perlecto Scripto illius editionem urgeret, atque huic instituto pro suo aliis inserviendi scientiarumque incrementa promovendi studio auxiliatrices offerret manus, non obstantibus iteratis Amici & Autoris precibus, editionem non ulterius differendam censui, tum ut desiderio Orbis eruditi satisfacerem, tum ut famae Viri optime meriti, quam labefactare omni modo adversarii student, consulerem: neque existimo, Autorem id vitio mihi esse versurum, aut fieri posse, ut editio libelli, quae ipso inscio & invito prodiit, in suam perniciem transferatur. Tu vero, Lector Benevole, accipe serena fronte opusculum, qua potest fide ac diligentia expressum, atque boni consule meos qualescunque ad utilitatem publicam & amicissimi mihi Viri defensionem directos conatus.* Dabam Gryphiswaldiae, *d. XVIII. Augusti cIↄ Iↄ CC LI.*

ANDREAS MAYER
Prof. Mathem. & Phys. Exper.



I. N. R. I. F.



UPERBAM Romam, gentium olim Dominam, & monarchiarum Imperatricem, non bellis, non ſago tantum excelluiſſe, ſed tandem & muſas omnes, artes & ſcientias quasvis ad ſe pertraxiſſe, Eruditorum nemo eſt qui ignoret. Non tangam Oratorum fulminationes, ſophismata Rhetorum, Poetarum incantamenta, Hiſtoricorum narrationes; taceo Statuariæ miranda; de Picturæ incredibilibus ſileo; ad ſolam provoco Architecturam; cujus monumenta omnium, modo non plane ſint hebetes, & oculos & mentem, vel invitorum, in ſe convertebant. Pantheon iſtud M. VIPSANII AGRIPPÆ, FLAVIORUM Coloſſeum,

 Amphi-

Amphitheatrorum miracula, tot Circi, tot Naumachiarum oceani ſurgebant, quorum deſcriptio vix fidem inventura, niſi Panthei moles, & Coloſſei quæ ſuperſunt, demonſtrarent, quanta fuerit urbs Romulidarum. Quis tandem non ſtupet ad pondera Obeliſcorum? Hi tot ſecula perdurarunt, tot barbarorum vaſtationes, tot incendia, tot terræ motus, tot Tiberis inundationes perpeſſi, vel noſtro adhuc ævo gigantea ſua capita ad ſidera tollunt. Quantumvis enim ferox barbarorum inſcitia in antiqua Vrbis ſævierit monumenta, poſtquam ſemel Summi Romanorum Pontifices priſci ævi ornamenta, & pretioſiſſimas reliquias regiis omnino ſumtibus colligi & ſtabiliri curabant, mox nihil tam obrutum, tamve demerſum, quod non avidiſſime in lucem protraheretur, urbis immortale in decus erigendum. Sic SIXTUS V. cui tantum antiqui ſplendoris Roma debet moderna, poſt Baſilicam Eſquilinam (*S. Maria Maggiore*) e jacentibus Obeliſcis tribus, minimum; alterum, longe majorem, in portæ Flaminiæ introitu, (*S. Maria del Popolo*); tertium, altiſſimum, ante Baſilicam Lateranenſem (hic olim non tactus ab AUGUSTO, a CONSTANTINO in Circo maximo erectus); quartum in Vaticano juſſit fundari.[a] Vltimus decimo Septembris 1586 quadraginta machinarum, 140 equorum, & 800 hominum

a) Hos quatuor Obeliſcos, minori, elegantiſſimo tamen modulo ſiſtunt cum *Joach.* a SANDRART in *Academia Archit. Stat. & Pictoria*, tomo 2, tab. XXVI. Norib. 1679. fol. m. tum *Philippus* BONANNI S. T. *Numiſmat. Pontif. Rom.* tomo 1. pag. 412. 1693. tomis 3. fol. ubi & pag. 381. 7 nitidiſſimos in 4 obeliſcos videbis nummos.

num ope [b] ad buccinæ & campanæ signa cessantium, & rem denuo aggredientium, felicissime eleveba- tur, architecto Celeberrimo FONTANA, constabatque totum negotium unico absolutum anno 37' 975 Romanis scutatis. Nec animus mihi jam est, nec locus suppedit & tempus, magni nominis scriptores spoliandi, qui Augustorum & Pontificum hæc descripserunt monumenta, e multis paucos tantum citasse sufficiat, MARLIANUM [c], PANCIROLLUM [d], & qui in omnium manibus esse solet, laudatum jam ROSSIUM.

Hi omnes & istius mentionem fecerunt Obelisci, qui olim ex Heliopolitana urbe Ægypti advectus, & in Campo Martio elevatus, per mille jam ducentos annos sepultus inibi jacuit, & nunc regnante Pontifice Maximo BENEDICTO XIV. Musarum vero Statore, & omnis literaturæ augusto Protectore, quod vel invidia concedere tenetur, in verticem se tollit. Non dabo meis ex fontibus, sed devenerandorum *Amicorum* e literis, historiam quasi æterni hujus monumenti. Vobis, *Amici*, me publice hic devinctum

 fateor

b) *Michael Angelo* e *Pier Vincenzo* ROSSI *Descrizione di Roma antica* pag. 381. Romæ. 1697. 8. *Gregorio* LETI *in Vita Sixti* pag. 221. tomi 2. Colon. (Lips.) 1706. 8. 2. t. contradicere equidem videtur, conveniunt tamen, ut inspicienti patebit. *Carlo* FONTANA *il tempio Vaticano e sua origine*, quem sumtuosissimum librum diu a me & anxie quæsitum, tandem *Ill. a* BERGER Bibliotheca mihi suppeditabat, libro 3. horrendas sistit machinas, quibus utebatur Eques in elevanda mole. Prodiit Liber Romæ 1694. fol. m. & p. 434. totius fani Vaticani pretium ad 46' 800 498 *Scudi, di giulii dieci per scudo* adscendere, ac multum SALOMONIS templum docet superare.

c) *Topographia urbis Romæ* lib. 3. cap. XIV. Thesauri Græviani tomo 3, pag. 126. edit. Bat.

d) *Descriptionis urbis Romæ* pag. 378. edit. ejusd.

fateor rariſſima hoc ævo ſinceritate & candore. Vobis omnes, quotquot has perlecturi ſchedas, debitas gratias, hoc eſt immenſas, ſcio relaturos. Vobis tandem & in poſterum meam de meliori commendo tenuitatem, nunquam variaturam viciſſim amicitiam ſanctiſſime pollicendo. Religioni mihi duco, vel tantillum in his literarum excerptis immutare, exceptis modo, quæ nunquam legere poſſum, niſi erubeſcendo.

Nil rumor Wittembergam pertulerat, ego certe nil inaudieram, de magnifico hoc marmore. Ecce *Illuſtris Generoſiſſimique de* MARINONI, Cæſareo-Regii Mathematici & Conſiliarii, Inclytorum Statuum Inferioris Auſtriæ Mathematici, Scientiarum Academiis & Societatibus, Bononienſi, Neapolitanæ & Londinenſi adſcripti literæ mihi traduntur datæ 4 *Jan.* anni 1749, quem in literis exarandis unum colo e diligentiſſimis, inter tot ſummo cultu honorandos viros, quibuscum mihi commercium literarium intercedit. In his ſequentia:

- - - „Le PAPE d'aujourdhui n'eſt pas ſeule„ment Savant lui-même, mais il eſtime auſſi les Sa„vans. Nous en avons une preuve toute recente. „Un jeune homme de Florence, l'*Abbé* BANDINI, „qui a déja publié pluſieurs pieces, avoit fait deux „Diſſertations ſur l'Obelisque qu'on avoit découvert „au Champ de Mars. Le PAPE les voulut voir, & „l'aïant fait appeller, il lui fit dire par *Son Eminence* „*Msgr. le Cardinal* VALENTI, qu'il les feroit impri„mer magnifiquement. On travaille actuellement à

„la

„la gravure des Planches. Le PAPE a même voulu, „que le dit ouvrage fut auffi traduit en latin, & il „va bientôt paroitre.

„*Ei, qui eft in Campo Martio* Divus AUGUSTUS *ad-* „*didit mirabilem ufum* - - -

„Aiez la curiofité de lire PLINII L. XXXVI, „cap. X, & d'opiner, fi cet Obelisque étoit pour un „horloge, ou pour une meridienne?"

Refpondebam *Ill. Viro* eadem lingua fequentem circiter in modum, in meis enim affervandis non tam anxius effe foleo:

Quam rare noftro ævo, an noftro climate? inter Eruditos, immo & nonnunquam integra collegia inter, conveniat, notiffimum proh dolor! Tanto carius æftimanda dulcis concordia, *Academias Regias Parifinas, Scientiarum,* & *Humaniorum Literarum* jungens. Hic ipfe *Tuus* Obelifcus immortale erit Gallicæ hujus urbanitatis documentum. *Academia Scientiarum* menfe Martio 1716. confulebat de eodem PLINII loco alteram *Humaniorum Literarum*, & amborum auguftorum collegiorum elegantiffima fcripta confervantur. [e] Ante omnia de vera textus lectione fecuri effe debemus, alias femper in incerto fluctuaturi. Sic proin *Acad. des B. L.* p. 177.

Ei, qui eft in Campo, Divus AUGUSTUS *addidit mirabilem ufum ad deprehendendas Solis umbras,* [f] *dierumque ac noctium*

e) *Acad. des Infcr. & Belles-Lettres* Tome III. Hift. 174-179. Edit. du Louvre *in Quarto.*

f) Hackiana, L. Bat. & Roterod. 1668. 8. m. 3 t. quam *J. Fr.* GRONOVIUS curaffe videtur, legit ex SALMASIO in *Solinum* (p. 451 col. a. C. tomo 1. edit. quæ prodiit Traj. Rhen. 1689. fol) in notis. *ad depreh. f. u. bruma confecta die fexta hora.*

noctium magnitudines, g *strato lapide ad Obelisci magnitudinem, cui par fieret umbra brumæ confectæ die sexta hora, paulatimque per regulas, quæ sunt ex aere inclusæ, singulis diebus decresceret, ac rursus augesceret, digna cognitu res, & ingenio fœcundo.* h

MANLIUS *Mathematicus apici auratam pilam addidit, cujus vertice umbra colligeretur in se ipsa, alia incrementa* i *jaculantem apice, ratione, ut ferunt, a capite hominis intellecta.* k - - -

Exacte lectionem servat eandem *Acad. des Sc.* paullo ante pag. 174, nisi quod loco

brumæ confectæ die sexta hora

legat, *Romæ confecto die sexta hora*

& iterum loco

umbra colligeretur in se ipsa

habeat, *umbra colligeretur in semetipsam.*

Sic restitutum secuturo textum, mihi omnino Obeliscus lineæ meridianæ, non horis ostendendis, sacratus videtur. Dicitur enim: *singulis diebus decresceret ac rursus augesceret.* Recte in meridiana. In horologiis contra *singulis horis* decresceret ac rursus augesce-

g) ibid. sic DALECHAMPIUS, *dierumque ac n. m. etiam, ac horas strato lapide ad obel. magn. cui par fieret umbrarum ejectus, paulatimque &c.* ubi *horas* ex suo ingenio immiscet. NUS in edit. *Paris* 1723. fol. 3. t. qui SALMASII ubivis insistendo vestigiis, nullibi ejus mentionem facit, nisi in notis & emendationibus No. VIII, pag. 761, maledicendo.

h) *digna cognitu res, & i. f. Mathematici* ut desit MANLIUS. Sic SALMAS. ibid. *F.* MANILII nomen paulo vetustiorum librorum habere neminem dicit. Omisit & HARDUI-

i) alias *enormiter jaculante apice.* Sic SALM. & HARD.

k) non satis accurate locum interpretatur italica lingua *Christoph* LANDINIO Venet. 1489. fol. 78, col. 3, & 4.

gesceret. Porro sive *Romæ confecto die sexta hora*, sive *brumæ confectæ die sexta hora* legamus, hæc ipsa *hora sexta* semper est meridiana, & ne vi quidem ad horologium detorqueri potest, singulas horas a prima ad sextam, ab hac ad duodecimam ostensurum, non sextam tantum. Plurimum mihi, nescio an jure, nescio an & *Tibi*, mihi certo plurimum negotii facessunt verba: *Strato lapide ad magn. ob. cui par fieret u. b. c. d. s. h.* Si enim iste stratus lapis par, vel æqualis fuit magnitudini Obelisci, h. e. æque longus, falsum est historiographi naturæ effatum. Brumæ enim confectæ die hora sexta, h. e. meridiei momento, umbra non par est magnitudini Obelisci, sed eam Romæ mirum excedit. Quid vero si sic explicarem? *Strato lapide ad m. o. c. p. f. u. b. c. d. s. h.* Lapis stratus fuit tam longus, ut umbra, vel ipsa bruma, & meridiei tempore ei par fieret, strato lapidi nempe. Sed quid sibi vult, *ad magnitudinem Obelisci?* Hic lapis stratus erat *ad* magnitudinem, i. e. *pro* magnitudine, *à proportion de la grandeur de l'Obelisque.* Procul dubio enim lapis longius *pro, ad* longioris Obelisci magnitudinem extendi debebat. Clarum est re sic considerata, sive *ad* sive *pro* legamus negotium omni carere difficultate. Explicemus nunc de horologio. Quam istud insanum? Et dimidium prope Campum occupasset. Nonne unam prælongam meridianam millies citius *pro* ductu, *ad* ductum longæ cujusdam plateæ sternere poterat AUGUSTUS, quam sciatericum designare tam monstrosum? Quod si auctoritatibus liceret pugnare Philosopho, nonne

SALMA-

SALMASIUS [l] totus in eo eſt, ut omnes ejusmodi gnomones obſervandis æquinoctiis & ſolſtitiis, non horis monſtrandis, ſacros affirmet? - - -

Reſponſoriæ *Illuſt. Viri* datæ 22 *Febr.* ſequentibus ſuperbiebant:

„J'ai ſignifié à Mr. BANDINI vôtre ſentiment „ſur le paſſage de *Pline*. Je voudrois que *l'Acad. des* „*Sciences*, quand elle conſulta celle *des Inſcriptions &* „*des Belles-Lettres* ſur le ſujet des Gnomons & des Obe„liſques Aſtronomiques des Anciens, eut decidé ſur „le point en queſtion, ſavoir, ſur le mot *mirabilem* „*uſum*. Vous aurez ſans doute remarqué quelque „difference dans le texte de *Pline* rapporté par l'une „& par l'autre des dites *Académies*. Je marquerai „mes motifs ſur le texte de la derniere.

„*Ei, qui eſt in Campo*, divus AUGUSTUS, *addidit* „*mirabilem uſum ad deprehendendas Solis umbras, dierumque* „*ac noctium magnitudines, ſtrato lapide ad magnitudinem Obe*„*liſci, cui par fieret umbra brumæ confectæ die ſexta hora*, „*paulatimque per regulas, quæ ſunt ex aere incluſæ ſingulis* „*diebus decreſceret ac rurſus augeſceret; digna cognitu res* „*& ingenio fœcundo.* MANLIUS *Mathematicus apici au*„*ratam pilam addidit, cujus vertice umbra colligeretur in ſe* „*ipſa, alia incrementa jaculantem apice, ratione, ut ferunt*, „*a capite hominis intellecta.* - - -

„I. Non nominantur horæ, ſed *Solis umbræ, die*„*rum ac noctium magnitudines.* Hæ deducuntur, ut „optime

l) pag. 445. ſeqq. cui accedit MENAG. in DIOG. LAERT. II. Sect. 1. edit. *Wetſt.* tomo 2.

„optime nosti, ex Solis umbris meridianis per no-
„tam Æquatoris vel Poli altitudinem.

„II. *Strato lapide ad magnitudinem Obelisci.* Ut
„nempe longitudo strati lapidis responderet altitu-
„dini Obelisci, quod convenit umbræ meridianæ
„potius, quam horariis.

„III. *Cui* (sive *strato lapidi*) *par fieret umbra brumæ*
„*confectæ die sexta hora.* Manifeste declaratur umbra
„Solstitii brumalis omnium longissima, quæ strato la-
„pidi longitudinem assignabat.

„IV. *Paulatimque per regulas, quæ sunt ex ære inclu-*
„*sæ singulis diebus decresceret, ac rursus augesceret.* Hæc
„parvula decrementa & incrementa profecto ma-
„gis conveniunt umbris meridianis quam horariis,
„quæ singulis diebus longiores sunt umbris meri-
„dianis.

„V. *Pila* Obelisco *addita*, per quam terminus
„umbræ centri Solis elici posset, (ut in hodiernis
„meridianis lineis elicitur, per Solis speciem) clare
„indicat usum Obelisci, pro linea meridiana, in qua
„nempe longitudines umbrarum perveniebant ad
„regulas *quæ sunt ex ære inclusæ*, normales scilicet ad
„meridianam & in strato lapide utrinque productæ,
„ut insculpi potuerint *dierum ac noctium magnitudines.*

„VI. Obeliscus tantæ molis & altitudinis fere
„120 pedum ab AUGUSTO usui astronomico apta-
„tus, * & quidem pyramidalis aut conicus, nequi-
„bat verticalem umbram, sive constanter in verti-
„cali plano, projicere, ut signaret in Horizonte
B „sectio-

*) dans la Réponse de l'*Acad. R. des Inscr.* p. 174. suiv.

„sectiones, quæ fiebant a circulis horariis, quemad-
„modum signari solent a Gnomone parvo, sive ab
„ejus parallelis lineis, ad Polum tendentibus, vel a
„stylo juxta Mundi axem directo. Debuissent ita-
„que horæ, per umbram pilarem Obelisci, si usui
„Gnomonico aptatus fuisset, indicari, quod enor-
„mem strati lapidis amplitudinem exegisset. Hisce
„addendum, Horologia solaria Romæ jam ante tem-
„pus AUGUSTI diu innotuisse, adeoque PLINIUM
„*mirabilem usum* lineæ meridianæ, nondum cognitum,
„innuisse, quum AUGUSTUS eundem usum addiderit
„Obelisco, qui prius fuerat simplex curiositatis ob-
„jectum.

„Ad verba in fine textus, *hac observatio triginta*
„*jam fere annis non congruit* - - breviter, ut puto, re-
„sponderi potest. Nempe difficilius tunc fuisse me-
„ridianam ducere, atque ad dierum noctiumque
„magnitudines indicandas ipsam dividere. Præte-
„rea Periodum Solis annuam Julianam 360 dierum
„& 6 horarum, vera majorem fuisse.

„Je vous prie, - - de considerer ces motifs,
„& de les fortifier avec les vôtres - -

Forsan ad has nonnulla ex superioribus meis
regessi.

In sequentibus *Viennâ* 12. *Apr.*

„ - - J'envoiai la vôtre à Mr. BANDINI, il m'a
„écrit, qu'on a trouvé des MSC. par lesquels il
„faut corriger, où l'on lisoit, *ingenio fæcundo Mathema-*
„*tici*, en lisant *ingenio* FACUNDINI L, c'est-à-dire,
„LIBERTI.

D.

d. 24 *Maji.*
„-- Cependant m'eſt arrivée la jointe de Mr.
„BANDINI - -

Hæc data *Florentiæ* d. 25 *Apr.* ſequentis erat tenoris:

„J'ai reçu avec bien du plaiſir, par Mr. MA-
„RINONI la Lettre, que vous m'avez fait l'honneur
„de m'écrire. Les obſervations, que vous avez
„faites ſur le paſſage de PLINE, & qui regardent
„l'Obelisque du Champ de Mars, me paroiſſent les
„plus juſtes. J'en ferai ſurement un uſage conve-
„nable - - Recevez en même temps les compli-
„ments de Mgr. *le Cardinal* VALENTI GONZAGA,
„*Secretaire d'Etat*, qui a eu la bonté de m'en charger,
„en me temoignant ſa ſatisfaction ſur vôtre ſujet - - -

Generoſiſſimus Amicus Vindobonâ 28 *Junii.*
„ - - Mr. l'*Abbé* BANDINI eſt de retour à Florence.
„Quant à ſa réponſe, vous ne me devez rien pour
„elle. C'eſt lui, qui vous la devoit, après l'avoir
„provoquée avec tant de fineſſe. Il m'envoia auſſi
„une pour Mr. le *Baron de* WOLFF - -

Summo tunc accendebar ardore, inter Germanos noſtros primus de ſuperbo hoc lapide aliquid publici juris facere, non ingratum forte Eruditis. Ideo ipſis *Julii* Kalendis MARINONIO meo, dabis hoc amicitiæ, *Vir Illuſtris*, literas ad BANDINIUM meum, dabis & hoc ſinceritati, *Vir Plurimum Reverende*, mittebam, hunc exoraturus, velit ex inexhauſto ſuo penu nonnihil mecum communicare, quo Programma meum magiſteriale, quaſi tot co-

ruſcantibus ſcintillet gemmis. Triſti hæ literæ retardabantur fato. *Viennâ* enim d. 6 *Sept.*

„J'ai reçu il y a trois jours vôtre obligeante „du 1. *Juillet.*

Mox d. 10 *Sept.*

„Je viens de recevoir la préſente, je n'ai donc „pas voulu differer à vous l'envoier. Dimanche „paſſé je ſuis ſorti à Schönbrunn. J'ai cherché *Mr.* „*van* SWIETEN dans presque tous les Appartements „du Palais Impérial ſans le pouvoir trouver. Je „voulois le demander, où étoit demeurée ſi long „temps la vôtre du 1. *Juillet*, qui m'a été envoyée „de lui, comme je vous marquai dans la mienne du „ſamedi paſſé. La réponſe de Florence vous arri„vera auſſi trop tard pour éxecuter vôtre deſſein --

Ea, quam hic mittebat Vir celeberrimus, *Illuſtriſſimi* erat *Excellentiſſimique* SERBELLONI, *Romanorum Pontificis Maximi* ad *Auguſtiſſimum Romanorum Imperatorem*, *Magnamque* THERESIAM, *Miraculum Orbis*, *Legati Splendidiſſimi.* Ingratus forem, & is certo certius non ſum, nec erga amicos, nec inimicos erga, ſciunt qui me norunt, niſi hic publicas, quasve poſſum modo gratias agerem maximas, non tamen tantas, quantas vellem omnino lubentiſſime, quantasve deberem *Reverendiſſimo Archi-Epiſcopo*, quod literas meas ad *Ipſum Eminentiſſimum Purpuratum* SYLVIUM VALENTI GONZAGA tanta dignatus ſit curare generoſitate. Cui, ob exhibita *Pontifici Maximo* tentamina mea, infinitum me obſtrictum ſi fateor, nil loquor niſi rigidiſſimam veritatem.

Ipſe

Ipſe dubius hærebam, an debito adhuc tempore Florentiâ reſponſum accepturus. Ut tamen Italorum urbanitas, & omnibus inſerviendi ſtudium eſt ſummum, quo vel ipſis cum Gallis certant, reliquas procul dubio nationes humanitate vincentibus, cito ſatis *Eruditiſſimi* BANDINI Commentario Epiſtolico frui dabatur & gaudere. Totum hic ſiſto. Totus dignus qui legatur. Non dubito omnium lectorum inveniet applauſum. Quæ in notis adjeci, quivis videt, nullo emendandi conatu, ſed ſolo amore orta propagandæ veritatis.

Sic proin *Doctiſſimus* BANDINI.

„Etſi video quæ tu de me ſentias, prædicesque, „amicius multo quam verius, & ſentiri, & prædica„ri, tamen ſummopere gaudeo, ea mihi tribui abs te, „quæ ipſe in memet neutiquam agnoſcam. Etenim „humanitate erga me tua efficis, ut ſtudiorum meo„rum fructus quam gratiſſimos & jucundiſſimos in „adoleſcentia mea cepiſſe me ſentiam, neque aliunde „uberiores, honorificentioresque proventus exſpe„ctem. Quin & addis mihi ſtimulos ardentiores ad „ea, quæ jam incepi opera alacri ſtudio conficienda; „quoniam aurea ea ætate florere videor, Seculo „videlicet XV, quo Patrum noſtrorum literæ, „MARSILII FICINI [m], *Chriſtophori* LANDINI, „LEONARDI [n], & *Caroli* [o] ARRETINI, POGGII, „*Angeli* POLITIANI &c. ope, ex interitu atque „obli-

m) Hic fructum Coſmianæ liberalitatis ſingularem tulit, donatus elegante villa *Careggio* COSMI vicina, ubi liberius philoſopharetur. Teſtante P. RAMO *ſcholarum mathematicarum* Præf. a 3, col. 1. *Baſ.* 1569. *quarto*.

n) *Leonardus* BRUNI.

o) *Carolus* TORTELLIUS.

„oblivione ereptæ, nitidiorem cultum accepere, „auspiciis præsertim doctissimorum Germanorum, „quos inter ac Florentinos maxima consuetudo „intercesserat. Vidisses profecto, uti in primo meo „*Speciminis Florentinæ Literaturæ* volumine ostendi, „quanto amore Germani tui cum nostris in perdito „studiorum decore revocando ac provehendo altius „per literas invicem insudaverint. Quapropter „*Jo.* STRÆHLERUS, *Jo.* & *Dionysius* REUCHLINI „fratres, *Guilielmus* CROCINUS p), *Thomas* LINACER, „*Arius* LUSITANUS, q) *Ludovicus* TENSIRA &c. „Florentiam tunc temporis præ ceteris demigra-„runt, ut præclaris literis instituti, eas deinde in „Germaniam & trans Alpes inferrent, sicuti fausto „omine contigit. Atque ut hæc, quæ in omnium „ore versantur, missa faciam, venio ad ea, quæ pe-„tis a me, imo postulas flagitasque. Ac primo qui-„dem scias velim, opus meum de Obelisco in XX. „dissertationes divisum, una cum XII. Epistolis a „principibus Italiæ ac Germaniæ Mathematicis, de „usu ejusdem conscriptis, quam primum munificen-„tia vere regia Romæ impressum, doctissimi *Pontifi-„cis* BENEDICTI XIV. auspiciis, literarum literato-„rumque maximi ornamenti, firmissimique præsidii, „in lucem proditurum. Et licet de eo opere nihil „apud me, quam lituratæ schedæ remanserint, ut „me tamen tibi morigerum hac in re exhibeam, „quod & in omnibus, quæ imperabis, conabor „efficere, hac ipse die, scilicet XI. Kal. *Octobris*, „qua

p) Qui nonnullis GROCINIUS, Anglus. q) Aut *Arias Barbosa* LUSITANUS.

„qua gratissimæ literæ tuæ mihi perlatæ sunt, epi-
„stolam hanc,

„De Campi Martii Obelisco

„scribere aggredior, ut hoc eodem tabellario ea
„tibi, quoad fieri potest celerius reddatur.

„*Inter* admiranda vetustatis monumenta Obelisci „jure recensentur, qui juxta Ammianum Marcellinum lib. XVII, [r] *sunt lævigatissimi lapides, in „figuram metæ cujusdam ad proceritatem consurgentes excel„sam, utque radium imitentur Solis, cui sacrabantur, graci„lescunt paullisper & ex quocunque quadratura latere in „verticem producuntur angustum.* Constabant immania „hujusmodi saxa ex integro lapide, minutis particu„lis ac diversicoloribus intermisto, quarum aliæ ru„bent maximæ, aliæ veluti onychinæ, magis, minus„ve pellucent, quamquam frequentibus venis, quas „naturales materiei junctura efficit, salis colori pro„ximæ atque in cineraceum declinantes videantur, „quæ vulgo *Granito rosso* appellantur. Plinius „*lib.* XXXVI. *cap.* 9. [s] nonnullorum Regum nomi„na, qui in miris hisce operibus extollendis, præ „cæteris claruerunt, nobis ab oblivione servavit. „Sed quoniam Martii Campi Obeliscum, de quo „pauca hic adnotare lubet, a Sesostride exci„sum fuisse testatur, te minime latere arbitror illius „magna-

r) Sic AMMIANUS cap. IV. pag. 160, edit. *Vales.* Paris. 1681. fol. *Est autem Obeliscus asperrimus lapis, in figuram metæ cujusdam sensim ad proceritatem consurgens excelsam; utque radium imitetur, gracilescens paullisper specie quadrata in verticem productus angustum, manu levigatus artifici.*

s) Tomo II. pag. 735. seqq. edit. *Hard.* 1. *Mestres.* 2. *Sothis, Ramises.* 3. *Smarres, Eraphius, Nectabis.* 4. *Semneserteus, Sesostres, Nuncoreus.*

„magnanimi Regis facinora, cujus imperium, tam „belli artibus, quam pacis ſtudio omnium famigeratiſſimum fuit, quæ in veterum hiſtoriis occurrunt, „ut HERODOTUS *lib.* I. *cap.* 102. [t], & SICULUS „DIODORUS *lib.* II. *cap.* 6. [u], prodiderunt. Atque „hic, ut implicitiſſimas diſceptationes, quas in con„ſtituenda SESOSTRIDIS ætate, in magno meo ope„re exaravi, celebriorum ſcriptorum, tam veterum, „quam recentiorum ſententias ad trutinam revo„cans, prætercam, ſcias tantum velim, SESOSTRI„DEM a SESACO diverſum eſſe, eumque ante Ilia„cum bellum [x] CCCV annos vixiſſe. Tradit DIO„DORUS [y], SESOSTRIDEM regnaſſe annos XXXIII. „ejus prœlia IX annorum intervallo fuiſſe confecta, „Coloſſos vero, Navim Cedrinam atque Obeliſcos, „quos *Vulcano*, *Jovi* ac *Soli* ſacravit [z], poſt ejus in „Ægyptum reditum fuiſſe poſitos. Supponamus ita„que annos X in magnificentiſſimis hiſce monimen„tis abſolvendis inſumtos, adeo ut XIV ante ejus „obitum annos, omnia ad exitum perducta fuerint. „Ponamus quoque cum WISTONO, illum eſſe PHA„RAONEM in Erythræo demerſum, anno mundi „MMDXXV. inde ſequetur, Obeliſcum anno mundi „MMDI.

t) Edit. *Gronov.*

u) pag. 34. lin. 7. ſeqq. Edit. *H. Steph.* 1559. fol. (cap. LIII. init. Edit. *Wech.* 1611.)

x) In ea hucusque fui hæreſi, nil certi in profanis nos ſcire ante captum Ilium, ſi modo captum fuit, quod vel ipſe SICULUS p. 4. lin. 8. *Steph.* (cap. V. *Wech.*) teſtatur. BANDINIUS hoc ſtabiliturus, aut deſperandum.

y) Quod XXXIII regnarit annos p. 37. lin. 29. *Steph.* (cap. LVIII. *Wech.*) & IX bella geſſerit p. 35. lin. penult. *Steph.* (cap. LV. verſus finem, *Wech.*)

z) p. 36. 37. *Steph.* (cap. LVII. *Wech.*)

„MMDI. ante Chriftum natum MCCCCIC fuiffe „conftitutum. Sin vero VSSERIUM fecuti, illum „effe prædicti PHARAONIS filium velimus, regnum„que tenuiffe A. MMDXV. præmiffis XIX annis „in bellis atque in muneribus conficiendis infum„tis, neceffe eft, Obelifcos fuiffe excifos A. M. „MMDXXXIV. ante C. N. MCCCCLXVI. Quapro„pter ex præmiffis fupputationibus Campi Obelifcus „XXXII circiter fecula præ fe feret, atque unum for„taffe ex operibus fuit, ad quæ conficienda Hebræi, „in barbaram fervitutem redacti, damnati fuerant, „antequam omnipotentis dextera eos a tam mifera „conditione vindicaret. Quamvis ex DIODORO „non conftet, ubi fuos SESOSTRIS erexerit Obe„lifcos, arbitror tamen, in Heliopolitana urbe fuiffe „dicatos. Etenim cum ea fuerit ex tribus præci„puis Ægypti civitatibus una, *Solis* numini confecra„ta, cui immania ejusmodi faxa vovebantur, cum„que Ægyptii non minori cultu *Solem*, quam *Jovem* „& *Vulcanum* profequerentur, eft cur credam, SE„SOSTRIDEM, ficut Thebis in *Jovis* delubro fex co„loffales ftatuas, atque in illo, *Vulcano* Memphis fa„cro, fpectatam navim cedrinam pofuerat, ita in „Heliopolitano *Solis* templo duos collocaffe Obe„lifcos, qui firmiter in eminentiffimo loco conftitu„ti fteterunt, donec CAMBYSES Ægyptum invade„ret, atque ædificia & magnificentiora everteret „monimenta, artesque ac doctrinas fere omnes „penitus eradicaret. CAMBYSES, fataliffimum „Ægypto nomen, ea potitus eft, annis ante C. N.

C „MXXV.

„MXXV.[a] tantamque ruinam florentissimis civita-„tibus, ac celebratissimo regno attulit, ut tanti fa-„cinoris memoria magna cum indignatione, non „modo ab Ægyptiis, verum & ab exteris scriptori-„bus fuerit posteritati mandata. Ac revera Stra-„bo *lib.* XV[b] *Rer. Geogr.* dum in comitatu Ælii „Galli, tertii in Ægypto Præfecti, regiones illas „collustraret, se hanc urbem omnino desertam in-„venisse testatur, atque inter reliqua. - - *Splendi-„dissimi templi veteris Ægyptiorum more constructi rudera „extitisse refert, quod quidem manifeste* Cambysis *insa-„niam, ac sacrilegia demonstrabat, qui templa, partim ferro, „partim igne exscindens atque comburens, vastavit, quem-„admodum & Obeliscos, quorum duo, non omnino corrupti, „Romam delati fuerunt, aliosque non modo in eadem urbe, „sed etiam Thebis humi jacuisse, ab igne vehementer exe-„sos* - - - Quos igitur Strabo duos Romam de-„latos Obeliscos memorat, non omnino corruptos, „illi iidem sunt, uti ex ætate, qua ipse scripsit in-„nuitur, quos transtulit Augustus, quorum unus „juxta Plinium *lib.* XXXVI. *cap.* 10. Semne-„sertei Regis, in Circo Maximo, alter Sesostri-„dis, in Campo Martio positus fuit. Quare Obe-„liscus noster ab A. Mundi MMDI quo excisum di-„ximus, usque ad Cambysis ætatem erectus stetit „Heliopoli, annos circiter MXXVI[c]. Quid vero „postea

a) A verbo distantis *Cl.* BANDINI aberravit manus scribæ. Legendum DXXV.

b) pag. 805, edit. *Casaub.* Paris. 1620. fol. (1158. *C. Almel.*)

c) ab A. ante Chr. N. 1499. quo erectus, ad A. 525. quo CAMBYSES insaniebat, videntur quasi DCCCCLXXIV. anni.

„poſtea de eo contigerit, an ſteterit, an inter eos „quos humi proſtratos Strabo obſervaverat, re„cenſendus ſit, nihil certi affirmare poſſumus. Am„mianus Marcellinus [d] de iisdem Obeliſcis, „quos ex urbe Heliopolitana Augustus tranſtulit, „verba facit *lib.* XVII. Plinius [e] vero de iisdem „fuſius agens, auctorum nomina clare exhibet his „verbis - - *Is autem Obeliſcus quem* D. Augustus „*in Circo magno ſtatuit, exciſus eſt a Rege* Semneser„teo, *quo regnante* Pythagoras *in Ægypto fuit, XXV.* [f] „*pedum* (ut nos in Pliniano textu, ope vetuſtiſſimi „codicis ſeculo VIII. exarati, qui *Harduinum* latuit, „reſtituimus) & *dodrantis, præter baſim ejusdem lapidis.* „*Is vero qui eſt in Campo Martio IX pedibus minor a* Se„sostride. *Inſcripti ambo, rerum naturæ interpretatio*„*nem Ægyptiorum Philoſophiæ continent* - - - Duas pro„fecto Diſſertationes confeci, ut extrema hæc Pli„nii verba interpretarer, & cum iis Diodori *lib.* I. „P. II. *c.* 1. [g] verbis conciliarem, ubi ait - - Se„sostridem duos dicaſſe Obeliſcos CXX cubito„rum altitudine, in quibus Imperii ſui magnitudi„nem, vectigalium copiam ac gentium devictarum „numerum deſcripſit - - oſtendique Obeliſci de „quo Ammianus loquitur *lib.* XVII. explicationem ab „*Ermapione* Ægyptio Sacerdote conſcriptam, atque „ab eodem Ammiano relatam, nemini alii, quam

C 2 „Se-

d) loco citato in nota (*r.*)

e) Lib. XXXVI. cap. 9. in fine, aut Sect. XIV. 5. tomo II. pag. 736. lin. 12. ſeqq. *Hard.*

f) Uti infra patebit, denuo non recte Domini verba expreſſit ſcriba, dixerat auctor LXXV.

g) p. 57. lin. 4. *Steph.* (cap. LVII. *Weſſ.*)

„SESOSTRIDIS Obelisco, in Campo Martio posito „convenire posse. Ut deinde qua occasione, & quo „tempore Obeliscus hic Romam delatus fuerit, pau- „cis expediam, non te latet, - - OCTAVIANUM „AUGUSTUM omnium primum tam laudabile opus „suscepisse ante C. N. XXX annos, Vrbis Conditæ „DCCXXV h. Hic Ægypto in potestatem Populi „Romani redacta, paucis post annis, duos Heliopoli „Obeliscos Romam usque transvexit, omnium, qui „ibi post fatale excidium ipsis a CAMBYSE illatum „supererant, maximos, atque integerrimos - - - „OCTAVIANUS AUGUSTUS (AMMIANI i sunt „verba) *Obeliscos duos ex Heliopolitana civitate transtulit* „*Ægyptia, quorum unus in Circo Maximo, alter in Campo* „*locatus est Martio* - - cujus rei & apud STRABONEM, „ut supra vidimus, mentio occurrit. Atque ut præ- „clari hujusce facinoris memoria apud posteros vi- „geret, nonnulla numismata cusa fuere, quorum „unum æreum a MEDIOBARBO k describitur in serie „Numm. Impp. JULII & AUGUSTI capita ex una, „ex alia parte prætoriam navim, cum Obelisco ex- „hibens. Aliud TRISTANUS refert *Tom.* I. *fol.* „CXIV. in quo eorundem JULII & AUGUSTI capi- „ta, cum epigraphe IMP. CÆSAR. DIVI. F. IVL.

„in

h) DIO lib. LI. p. 454. D. edit. parvæ istius, sed perquam commodæ *Wech.* 1592. De cujus recentissima, magnificaque editione, magnifico tandem Hamburgo opitulante gaudere possumus, postquam toto hoc sæculo, totiesque totum eam imperium literarium ardentissime exoptaverat. Forsan A. V. C. DCCXXIV.

i) lib. XVII. cap. 4. pag. 160. edit. *Vales.* posterioris.

k) pag. 22. curante *Philippo* ARGELATO. Mediol. 1730. fol.

„in averfa vero parte bellica navis, cum Obelifco „ac ftella defuper cernitur. Quibus vero machinis „atque inftrumentis ufus fuerit AUGUSTUS, ut ejus„modi ingentia faxa moveret, & navibus impone„ret, nihil certi nobis a Scriptoribus traditum eft. „Ex PLINIO [l] tamen quomodo id potiffimum evene„rit, paucis edocemur. Ille enim, prout a CALLI„XENE acceperat, fcriptum reliquit, qua ratione „PTOLEMÆUS PHILADELPHUS, NECTABIS Regis O„belifcum longitudine CXXI pedum geometrico„rum deportaverit Alexandriam. *Itaque ut voti com„pos Rex fieret,* SATYRUS *Architectus navigabilem foffam „ab eo loco, ubi excifus Obelifcus jacebat, ad Nilum usque „perduxit; duæ inde naves in latitudinem patulæ pedalibus „ad rationem geminati per duplicem ponderis menfuram one„ratæ, jacentem Obelifcum fubierunt, qui extremitatibus fuis „in ripis utrinque pendebat. Poftea egeftis laterculis naves „adeo elevabantur, ut onus e ripis exciperent.* Atque hæc „PLINII narratio verifimilis admodum mihi vide„tur. Etenim tefte STRABONE *lib.* XVII. [m] plurimi „in canales mutuo in fe influentes, ac fe invicem in„terfecantes erant, Trajanusque amnis Babyloniam „atque Heroum civitatem interfluebat, quas inter, „ut ex PTOLEMÆO *lib.* V. 34. d. [n] conjicimus, Helio„polis fita erat. Eodem modo credendum eft, ve„tuftiores Ægypti reges a Sienis lapidicinis Thebas

 atque

l) ibid. cap. 9. aut Sect. XIV. 3. tom. II. pag. 735. lin. 25. feqq. *Hard.*

m) forfan XVI. pag. 740. *Cafaub.* (1075. *A. Almel.*)

n) Geogr. lib. IV. pag. 263. linea antepenult. Editionis græcæ quam curavit *Def.* ERASMUS *Roterod.* Bas. 1533. 4. *Froben. & Epifcop.* (p. 72. col. a. edit. *Seb. Münfteri.* Bas 1552. fol.) p. 138. *Jof. Moletii.* Ven. 1562. 4. m.

„atque Heliopolim, ex iisque deinde civitatibus Ro-„manos Imperatores ad Alexandriæ portum transtu-„lisse Obeliscos, ubi naves omnium maximæ con-„struebantur, quibus per Mediterraneum mare ad „Romanum portum deducerentur. Navim, quam „in suis Obeliscis devehendis AUGUSTUS adhibuit, „amplitudine sua, miraculi gratia puteolanis nava-„libus perpetuo dicavit, sed ea paullo post fortuito „incendio consumta est [o]. Tempus vero, quo AU-„GUSTUS suos Romæ erexit Obeliscos, profecto in-„cidit in A. U. C. DCCXXXXIV, decem annis ni-„mirum ante C. N. JULIO ANTONIO *Africano* & „QUINTO FAB. MAX. *Coss.* Annus autem colligitur, „non ex AUGUSTI Consulatu XI. uti legitur in in-„scriptione, quem non sibi continuo vindicavit, sed „ex XIV potestate Tribunitia. Cum enim se Di-„ctatura [p] abdicasset A. U. C. DCCXXX, Tribu-„nitiam primum potestatem adeptus est, quæ licet „illi perpetuo delata esset [r], singulis tamen annis, ac „si tum ea recens donaretur, V Kal. Quinctiles ini-„ri, ac continuari videbatur, & inde annorum suo-„rum series designabatur. Præterea hoc AUGUSTI „opus, eo magis admiratione dignum putatur, quod „confectum fuerit, postquam ipse tertio JANI tem-„plum clauserat, uti ex DIONIS verbis, *lib.* LIV. „*in fine* [s], ad examen revocatis, aperte innuitur.

Verum

o) PLIN. ibid. Sect. IV. 4. pag. 736. 7.

p) An Dictator AUGUSTUS? Dictaturam tamen tetris aboleverant execrationibus, vide DIONEM lib. XLIV. pag. 268. 26.

r) DIO. LIII. circa finem p. 518. 15.

s) pag. 545. 20. & 33.

„Verum his omissis, ad Obelisci mensuras inqui„rendas accedamus. Quibus in constituendis Dio„dorus ac Plinius valde discrepant. Prior [t] „enim testatur, Sesostridis Obeliscos CXX cu„bitorum altitudinem exæquasse, sicuti in castigatis„simis Edd. [u] ac Mss. Codd. a me collatis com„pertum est. Cum itaque sesquipes, hoc est pes „cum semisse, cubitum faciat, daret Obeliscus alti„tudinem CLXXX romanorum pedum; sed aut ama„nuensium incuria corruptus fuerit Diodori tex„tus, aut mensurarum discrimen quod Græcos inter „atque Ægyptios erat, non bene calluerit, pro cer„to habemus, Obeliscos ab ipso memoratos, suppu„tato etiam stylobate ad tantam altitudinem extolli „nunquam potuisse. Plinius, qui unum ex his in „Campo Martio positum dimetiri facile poterat, jux„ta castigatissimas Edd. & Mss. Codd. CXXV pedum „cum dodrante [x] altitudinem ipsi attribuit, præter „basim ejusdem lapidis. Sed cum mensuræ a Pli„nio descriptæ ab iis, quas egomet recognovi, plu„rimum discreparent, omnium vetustissimum Pli„nii codicem seculo VIII exaratum & in Biblio„theca Riccard. delitescentem, consului, &, quod „jam suspicabar, immutatis romanis numeris, inve„ni, non CXXV sed LXXXV [y] pedes attribui Obe„lisco Semnesertei. Quare teste Plinio [z], „cum

t) p.37. lin.4. *Steph.* (cap. LVII. *Wech.*)
u) Et in ipsa triumphatrice isto Batavorum recentissima, clare πηχῶν τὸ ὕψος εἴκοσι πρὸς τοῖς ἑκατόν.
x) p. 736. lin. 14.
y) Felicem restitutionem! Vulnus ergo PLINII curatum, *Cl.* BANDINII felici manu, quod ego Germanos inter primus gaudeo divulgare.
z) pag. 736. lin. 16.

„cum IX pedibus minor Campomartienſis eſſet, id-„circo dabit pedes LXXVI cum dodrante, quod non „niſi ſenſim ab hodiernis menſuris diſcrepat. Pu-„blius Victor, qui Valentiniani ac Va-„lentis *Impp.* ætate floruit, in deſcriptione urbis „Obeliſcum noſtrum pedes LXXII altum fuiſſe te-„ſtatur [a]. Aliter legitur in alia urbis deſcriptione „ſub Honorio ac Valentiniano *Augg.* exara-„ta, quæ inter Mss. Codd. Bibl. Vaticanæ aſſervatur, „ubi hæc habentur - - *In Campo Martio unus* (Obe-„liſcus) *altus pedes LXXXII ſemis.* - - In alio denique „codice ejusdem Bibliothecæ perhibetur eſſe Obe-„liſcus in Campo Martio pedum LXXV. Hoc in „allatis ſcriptoribus diſcrimen in menſura Campi „Martii Obeliſci conſtituenda conciliare facile pote-„ris, dummodo animadvertas, nonnullos baſim for-„ſitan comprehendiſſe, quæ eſt X pedum circiter, „alios non; prætereaque Romanum pedem ab eo, „quo Plinius utebatur, diverſum adhibere po-„tuiſſe. [b]

Poſt-

a) Librorum meorum ſupellex editionem mihi ſuppeditat, quæ Venetiis apud *Aldum.* 1518. 8. una cum MELA, SOLINO, *Itinerario* ANTONINI, VIBIO *Sequ.* & DIONYSIO *Afro* prodiit, ibi lege p. 212. b.

b) Scio quam caute veteres auctores tractandi, quam non niſi gravibus cauſis recepta ſemel lectio tentanda. Græcus tamen, Siculus certe erat DIODORUS. Diu ſatis Romæ vixerat, p. 3. lin. 33. *Steph.* (cap. IV. *Weck.*) Horum forſan menſuris aſſuefiebat. Immo in his determinandis non mathematicorum rigorem imitabatur, quod vel his ipſis demonſtravi diebus, in *Oſymandyæ* circulo aureo, ubi vel 12 modo milliones, vel 1272 milliones aureorum ex eodem DIODORI loco pro lubitu eruere datur. Neminem quoque fugit, quæ DEMPSTERUS de eodem ſit conqueſtus. Quid ſi ergo vel DIODORUS ipſe ſcripſerit,

aut

„Poſtquam erectus Obeliſcus fuit, quæ ſequitur „inſcriptio maximis characteribus in duobus baſis la- „teribus inſculpta fuit.

IMP▵ CÆSAR▵ DIVI▵ F
AVGVSTVS
PONTIFEX ▵ MAXIMVS
IMP▵ XII▵ COS▵ XI▵ TRIB▵ POT▵ XIV
ÆGVPTO▵ IN▵ POTESTATEM
POPVLI▵ ROMANI▵ REDACTA
SOLI▵ DONVM▵ DEDIT [c]

„*IMP*▵. Imperatoris nomen AUGUSTO decre- „tum fuit A. U. C. DCCXXV. [d]

„*CÆSAR*▵. CAJUS OCTAVIUS in JULIAM fa- „miliam adſcitus, CÆSARIS cognomen accepit. [e]

„*DIVI*▵ *F.* Dicitur *Divi Filius*, quod erat *Dicta- „toris Perpetui*, poſt mortem in Deorum numerum re-

D lati,

aut vetuſtiſſimi ejus habuerint codices, IΔIΔΔ, ſcribæ ſucceſſu temporis hoc I¯I non amplius intelligentes, fingebant HΔΔ, eliſo Δ, en originem CXX, tandem notarum numeralium locum ſubibant verba numeralia, & pro LXX, IΔIΔΔ pedibus, habemus CXX, HΔΔ cubitos.

c) Centies hæc impreſſa inſcriptio. Quivis tamen certo certius conceſſurus, tanta cura nunquam hucusque prodiiſſe, quam nunc eruditiſſimus adhibuit BANDINI. vide *e. g.* MARSHAM *Canone chronico*, p. 388. Lipſ. 1676. 4.

d) DIO. LII. pag. 493. 10. CÆS. V. & SEXTO APULEJO, *S. F. Coſ.*

e) DIO. XLV. pag. 272. 31. JUL. CÆS. *Dict.* V. ÆM. LEPIDO M. E. & *Coſ.* V. cum ANTONIO. A. U. C. DCCX.

„lati, prænomen, ideo, quod a JULIO CÆSARE, avi „materni fratre, fuerit adoptatus, quare CÆSARIS „ſibi morte nunciata, JULII nomen AUGUSTUS aſ„ſumſit. [f]

„*AVGVSTVS*. Senatus OCTAVIANUM hoc co„gnomine decoravit MUNACII PLANCI ſententia, „A. U. C. DCCXXVI. M. VIPSANIO, *L. F.* & M. „AGRIPPA III. *Coſſ.* [g]

„*PONTIFEX* ▵ *MAXIMVS*. Renunciatur *Pon„tifex Maximus*, Princeps ſcilicet Sacrorum ac Sacer„dotum A. U. C. DCCXXXX. TIB. CLAUDIO NE„RONE ac P. QUINTILIO VARO *Coſſ.* pridie „Non. Majas. [h] Notandum eſt AUGUSTUM Ponti„ficem fuiſſe, ſed non Maximum, quamdiu vixit „LEPIDUS, cui vivo, ut refert SUETONIUS, [i] hu„jusmodi dignitatem adimere noluit. Hæc appella„tio Pontificis Maximi a Chriſtianis Impp. diu ſer„vata fuit. [k]

„*IMP*▵ XII. Dicitur Imperator duodecimum, „quia vetus erat Populi Romani conſuetudo, ut qui „exercitibus præeſſet, re bene geſta Imperator ſa„lutaretur. Per hujusmodi ſalutationes victoria„rum

f) DIO. XLVI. pag. 324. 14. C. VIBIO PANSA & AULO HIRTIO *A. F. Coſſ.* A. U. C. DCCXI.

g) DIO. LIII. pag. 506. 35. Amanuenſis ſcribere debebat C. CÆSARE VII. & M. VIPSANIO. *L. F. Agripp.* III. *Coſſ.* Quod factum fuerit MUNACII PLANCI ſententia teſtatur SUETONIUS in *Auguſto*, cap. VII. 3.

h) DIO. LIV. pag. 539. 33. forſan DCCXXXXI.

i) in *Auguſto*, XXXI. 1. & DIO. LIIII. pag. 530. 29.

k) E. g. C. VALERIUS LICINIUS LICINIANUS in ONUPHRII PANVINII *Romanis Principibus*, pag. 74. Bas. 1558. fol.

„rum quoque numerus notabatur, quod ad usque „CARACALLÆ ætatem in usu fuit.

„*COS*▵ XI. Consul undecimum. Consulatum „primo AUGUSTUS iniit minor XX annis, quamvis „id legibus non liceret A. U. C. DCCXXXI. HIR„TIO & PANSA *Coss.* apud Mutinam interfectis. l

„*TRIB*▵ *POT*▵ XIV. Tribunitiæ Potestatis „quartumdecimum. De tribunitia potestate AUGU„STI, quam A. U. C. DCCXXX m adeptus est, se „& GN. CALPURNIO PISONE *Coss.* SUETONIUS „loquitur in *Augusto.* n

„*ÆGVPTO*▵ *IN*▵ *POTESTATEM*▵ *POPVLI*▵ *RO*„*MANI*▵ *REDACTA*. Atque hic caveas velim, „ - - Ægyptum ab AUGUSTO Romano Imperio ne„quaquam fuisse adjectam tempore in basi hujus „Obelisci notato, sed AUGUSTI Consulatu VI. „XIX ante hoc tempus annis. o Quod confirmatur „argenteis passim occurrentibus nummis, in quibus „inscriptio legitur, IMP. CÆSAR. DIVI. COS. VI. p „in adversa vero parte Crocodilus inspicitur una „cum literis ÆGVPTO. CAPTA.

„*SOLI*▵ *DONVM*▵ *DEDIT*. Dicatio Obelisci „Solis Numini peracta. „Mul-

l) His *Coss.* occisis A. U. C. DCCXI primum omnino gessit consulatum AUGUSTUS, teste DIONE, XLVI. pag. 323. 3. & undecimum, dicto A. U. C. DCCXXXI. cum CN. CALPURNIO PISONE, CN. F. DIO. LIII. pag. 516. 31.

m) forsan DCCXXXI. DIO. LIII. pag. 518. 15.

n) cap. XXVII. 7.

o) h. e. A. U. C. DCCXXV. recte. DIO. LI. pag. 454. 31.

p) Immo jam *Cos.* IV. in MEDIOBARBO, nota (k) Alphab. antec.

„Multa præterea mihi de hac inscriptione, & „præcipue de lineolis illis, quæ supra nonnullas lite- „ras adsurgunt, dicenda essent, sed ea, ne tua ni- „mium abutar humanitate, - - facile omittam, ac „brevibus, de usu ad quem Augustus Obeliscum „accommodavit, nonnulla proferam.

„Unus itaque Scriptor, qui id nobis prodiderit, „Plinius est. - - *Ei* (Plinii sunt verba *lib.* XXXVI. „*cap.* 10.) *qui est in campo*, D. Augustus *addidit mira-* „*bilem usum ad deprehendendas Solis umbras, dierumque ac* „*noctium ita magnitudines, strato lapide, ad magnitudinem* „*Obelisci, cui par fieret umbra, brumæ confectæ die, sexta* „*hora, paullatimque per regulas, quæ sunt ex ære inclusæ,* „*singulis diebus decresceret ac rursus augesceret; digna co-* „*gnitu res, & ingenio* Facundini L. *Mathematici. Is* „*apici auratam pilam addidit, cujus umbra vertice colligere-* „*tur in se ipsa, alias enormiter jaculante apice, ratione, ut* „*ferunt a capite hominis intellecta.* - -

„Sed cum obscure admodum scripserit Pli- „nius, cumque a librariis hic præ cæteris textus „corruptus fuerit, scriptores ii, qui post XV secu- „lum de eo meminerunt, pro solaris horologii gno- „mone stetisse crediderunt. Ferunt itaque, planum, „in quo arcus curvi describebantur, Obelisci ma- „gnitudini æqualiter congruisse, quasque arcus hu- „jusmodi intersecabant lineas, situm & ordinem an- „tiquarum horarum signasse, adeo, ut hora prima „ea diceretur, quæ Solis ortum proxime sequere- „tur, sexta, quæ medium diem, duodecima vero,

„quæ

„quæ occasum Solis indicaret. q Eoque magis in „sua opinione perstiterunt, postquam imperante „Julio II. Pontifice, prope Obeliscum, diversis „temporibus, æreæ lineæ inauratæ, una cum cælestibus signis, ac ventorum imaginibus, ex opere „musivo, effossæ fuerunt, quas Campomartiensis „gnomonis partes esse asseruerunt. Et revera apud „Romanos sciotherica maximo in usu fuisse optime „noscis, - - , postquam L. Papyrius Cursor XII „annis, ante quam cum Pyrrho bellatum est, pri„mum ad ædem Quirini horologium constituit. r „Alii vero in tribus Obelisci lateribus ad Orientem, „meridiem atque occasum conversis, solaria totius „anni horologia fuisse deposita crediderunt, ex qui„bus per totum annum diei horæ deprehendi facile „possent. Qui vero Obeliscum pro gnomone sola„ris horologii simul ac lunaris stetisse autumant, ex „Plinii fortasse verbis ducuntur, quæ ita legunt - - „*dierum ac noctium horas* - - Etenim persuadere sibi„metipsis minime possunt, quomodo aliter, nisi lunæ „umbra, noctis horæ designarentur. Sed præter„quam, quod in vetustissimis Plinii Codd. verbum „*horas* expungitur, s tu, - - plurimis argumentis, „quod & ego conatus sum, demonstrare facile po„teris, verba illa - - *dierum ac noctium magnitudines* - - „de dierum & noctium, non autem de horarum „quantitate esse accipienda, & nihil aliud præter

 „meri-

q) MARTIALIS. lib. IV. 8.

r) PLIN. H. N. lib. VII. cap. 60. seu Sect. 60. Tom. I. pag. 419. lin. 16. forsan XI annis. vide HARD. notas & emendationes No. CLXXIX. pag. 432 col. b.

s) Vid notam (g) alphabeti prioris.

„meridianas Solis umbras ſignaſſe Obeliſcum, ſicuti „ab anno MDXXX *Gaſpar* ZIEGLERUS in ſuis Pli„nianis animadverſionibus obſervaverat. [t] Et pro„fecto veteres æquinoctia per æquinoctialem gno„monis umbram obſervabant, [u] an videlicet ſtylus „ad perpendiculum in ſcaphio erectus, tantum um„bræ in meridie projiceret, quantum præcognita „Solis altitudo requirebat. Sed quia in dicto vaſe „ſtylus brevior erat, ideoque in altitudine Solis de„prehendenda brevitas umbræ magnis erroribus ob„noxia erat, idcirco Obeliſcos, ſeu alios ejusmodi „gnomones in horizontali plano conſtitutos uſurpare „conſueverunt. Neque tantam gnomonis altitudi„nem demireris. GASSENDUS enim narrat in vita „*Nicolai* PEIRESCII [x], *Pytheam* Maſſilienſem in ea „urbe ingentis magnitudinis gnomonem ſtatuiſſe in „partes DC diviſum, qualium umbram ſolſticialem „nactus eſt ibi 213. Æqualis fere altitudinis alium „Conſtantinopoli fuiſſe liquet, cujus umbra, ait „STRABO *lib.* II. [y] æquinoctiorum die ſe habebat ad „gnomonem, ut III ad CXX. Sed longe maximus „ille

t) pag. 305. ſeqq. Col. Agripp. 1550. fol. *Jacob* ZIEGLER, non *Caſpar.* Immo in titulo *Jacob* ZEIGLER, ſed in toto reliquo libro ubivis *Ziegler.*

u) Vid. notam (l) alphabeti prioris.

x) libro V. pag. 336. 337. *Quedlinburga* 1706. 8.

y) lib. I. pag. 63. CASAUB. (111. A. B. *Almel.*) collato lib. II. pag. 134. CASAUB. (197. A. *Almel.*) ubi clare $41\frac{4}{5}$: 120. Hinc nondum forſan evictum an HIPPARCHUS, cui hæc debet STRABO, fractionem neglexerit, quod *Magnus* ſuſpicatur CASSINI pag. 9. *de l'origine & du progrés de l'Aſtronomie dans ſon Recueil.* Paris. 1693. fol. m. aut pag 12. 13. *des ouvrages adoptez par* l'Acad. R. des Sciences. Tom. V. à la *Haye* 1731. 4. m. ſcribere ergo debebat amanuenſis XLII ad CXX. Sed CASSINI omnino conferendus.

„ille fuit, quem pro quadrante VLUG BEIGUS „MAGNI TAMERLANIS nepos confecerat A. C. „MCCCCXXXVII. Etenim ut *Jo.* GRÆVIUS [z] „testatur, summi fornicis templi *S. Sophiæ* altitudi-„nem exæquabat, cujus hemisphærii testudo Byzan-„tii CLXXX romanos pedes exuperat. AUGUSTUS „itaque, qui fortasse umbrarum longitudinis discri-„men per pyramides atque Obeliscos in Ægypto in-„notescere observaverat, solstitiorum atque æqui-„noctiorum præsertim tempore, ut diversa depre-„henderet climata, voluit, ut ex iis unus, quem ab „Ægypto transvectum, in celeberrimo urbis loco, „in Campo videlicet Martio statuerat, ad ejusmodi „usum vindicaretur, ea, quæ a præstantissimo FA-„CUNDINI Liberti Mathematici ingenio (non au-„tem

z) *Joh.* GRÆVIUS in præfatione ad *binas tabb. geographicas*, unam NASSIR EDDINI *Persæ*, alteram VLUG BEIGI *Tartari*, pag. B. 3. Lond. 1652. 4. Arab. & Lat. (vel pag. L. 3. tom. 3. *geographiæ veteris scriptorum græcorum minorum* Cel. HUDSONI. Oxon. 1712. 8. m.) Nostro ævo procul dubio altissimi, simul celebratissimi sunt gnomones. I) *Clementinus*, in thermis DIOCLETIANI Romæ, altus 62 pedes parisinos. Vide *Franc.* BLANCHINI *de nummo & gnomone Clementino*, pag. 21. quæ epistola adjicitur *duabus dissertationibus de Kalendario & Cyclo* CÆSARIS, *ac de Paschali canone* S. HIPPOLYTI *martyris*. Romæ. 1703. fol. II) *Bononiensis*, ad D. PETRONII, altus 71 pedes Bononienses. cap. II. pag. 5. *de gnomone meridiano Bononiensi*, cruditissimi & post fata devenerandi amici, *Eust.* MANFREDI. Bonon 1736. 4. m. III) Observatorii Parisini, altus 30¼. ped. p. 454. des *Mem.* de l'Acad. R. *d. Sc.* pour l'année 1732. edit. du Louvre. IV) *Magnifici Reverendissimique Præsulis S. Sulpic.* altus 80 ped. *Acad.* R. *d. Scien.* 1743. *Hist.* 145. & *Mem.* 361. *même edit.* Quam incredibilis ardor huic *Viro*, quasvis promovendi scientias. Quære Architectos, Pictores, Statuarios, Eruditos, *le* MONNIER, REAUMURIUM meum, ad cœlum efferent omnes & singuli.

„tem MANLII, a) ut omnes in PLINII textu adhuc „recognoverunt, nonnullas notulas, quibus in vetu-„stissimis PLINII Codd. nomen hoc describitur, „perperam interpretantes) diligentia præstari pote-„rat. Ille igitur ad altitudinem impositæ rei fun-„damenta jecit. Exinde dierum ac noctium longi-„tudines regulis ex metallo inaurato, ac solo inclu-„sis signabantur, de quibus PLINIUS agit, quarum „nonnullæ seculo circiter XV effossæ sunt. Hæ „lineæ meridianam ad angulos rectos intersecabant, „& diversæ erant longitudinis, ex alia parte no-„ctium, ex alia dierum longitudini congruentes; „quare umbræ ab Obelisco projectæ apex in earum „unam, seu prope incidens, ostendebat, qualiter „longitudo diei illius, ad illius noctis longitudinem „se haberet, sive ad quamcunque aliam diem ac „noctem, ostendens pariter, qualiter regulæ illæ „ad alias regulas se haberent. Addita deinde in „Obelisci vertice ænea pila fuit, ut facilius elliptica „figura umbræ posset determinari centralis.

„Postquam PLINIUS Obelisci usum descripsit, „ita sequitur: - - *Hæc Observatio XXX jam fere annis „non congruit, sive Solis ipsius dissono cursu & cœli aliqua „ratione mutato, sive universa tellure aliquid a centro suo di-„mota, ut deprehendi & in aliis locis accipio, sive urbis tre-„moribus ibi tantum gnomone intorto, sive inundationibus „Tiberis sedimento molis facto, quamquam ad altitudinem „impositi*

a) Facessat ergo tandem aliquando MANLIUS iste. Fateanturque omnes SCALIGERI & GRÆVII, qui primi produxerunt PLINIUM. Italos, eosdem, & inter hos Doctissimum BANDINI, ultimam eidem manum admovere.

,,*impositi oneris in terram quoque dicantur jacta fundamen-*
,,*ta* - - Multa sunt, - - quæ hic proferre possem;
,,ut PLINII rationes sedulo perpenderem. Verum
,, - - - [b] - - quare mihi tantum notare liceat, cau-
,,sam, ob quam meridiana linea, in lapide prope
,,Obeliscum strato, olim recte signata, processu tem-
,,poris a veritate deflexerit, non aliam esse potuisse;
,,quam vel Obelisci luxationem, subsidente solo, vel
,,axis mundi, sive, quod idem est, polorum diurnæ
,,vertiginis in tellure mutationem. Et huic qui-
,,dem meridianæ lineæ variationem a PLINIO ob-
,,servatam, acceptam referre, absurdum videtur,
,,cum ejusmodi mutationis nullum aliunde indicium
,,deprehensum fuerit, neque ab ullo Astronomorum
,,anomalia ejusmodi olim observata memoretur. In
,,commentariis certe *Regiæ Galliarum Academiæ* [c] pro-
,,ditum est, Astronomos a Rege in Ægyptum missos,
,,institutis circa Pyramides urbi Alcairo vicinas ob-
,,servationibus, deprehendisse, maximæ ipsarum
,,bina latera in ipso meridiani plano jacere. Qui
,,sane positus cum casui nullatenus tribui possit, ar-
,,gumento est, meridianæ lineæ, iis in locis ab anti-
,,quissimorum usque Ægypti Regum ætate, muta-
,,tionem nullam contigisse. Anticipatio vero Æqui-
,,noctiorum, ob anni æquinoctialis quantitatem Julia-

 nam

b) En amicissime BANDINI, quam dulce jus talionis. Tuo Te nunc gladio jugulo. Tua retorqueo verba: *Video quæ TU de me sentias prædicesque, amicius multo, quam verius, & sentiri, & prædicari.* Tace, tace quæso. Noli irritare crabrones.

c) *Eloge de Mr.* de CHAZELLES, pag. 149. pour l'année 1710. Edit. du Louvre. & *Suite des Memoires pour l'année* 1718. pag. 11.

„nam æquo majorem æquinoctii quidem tempora in „antecedentia retrahere debuit, neutiquam tamen „lineæ meridianæ, aut regularum, quibus ingreſſus „Solis in Zodiaci ſigna notabatur, poſitum immuta- „re. [d] Fieri ſane potuit ut ipſum æquinoctii mo- „mentum regulis ex ære inſculptum fuerit, quo ca- „ſu anticipatio æquinoctii, quæ XXX annorum de- „curſu horas V, & 36′. 30″ [e] præterea fere æqua- „vit, ob gnomonis altitudinem obſervari facile po- „tuit, de qua proinde mutatione Plinii verba ſint „intelligenda. Sed cum anni quantitas ex Hip- „parchi & cæterorum Muſei Alexandrini Ma- „thematicorum obſervationibus Juliana minor du- „dum deprehenſa fuiſſet, ejus defectus rationem „nullam in ſignandis æquinoctiorum momentis habi- „tam vix perſuadeor. [f] Omnibus perpenſis eorum „ſententiæ accedo, qui meridianæ lineæ variatio- „nem a Plinio memoratam Soli tantum vitio refe- „rendam arbitrantur. Poſt Plinii ætatem nemo, „ut mihi videtur, Obeliſcum noſtrum ad uſum pri- „ſtinum reſtituit, iique, qui ſubſecuti ſunt ſcriptores, „hac de re ne verbum quidem protulere. Secu- „lo III.

d) Recte. Præceſſioni æquinoctiorum, in meridianam effectus nullus.

c) Hinc erui annum ſolarem quo uſus eſt diligentiſſimus BANDINI, 365. [d] 5, [h] 48′. 47″. exacte idem quem determinavit Ill. CASSINI pag. 232. *des Elemens d'Aſtronomie*, Paris, au Louvre. 1740. 2. t. 4. m.

f) JULIUS CÆSAR non ſolum emendationem Calendarii Alexandriæ dixerat, quod clare DIO. XLIII. pag. 226. 26. ſed plane ἀδύνατον videtur, eum AUGUSTUM, qui tempus ad J CÆSARIS ordinationem tam apte reducere noverat, correctionis Alexandrinæ fuiſſe ignarum. DIO. XLVIII. pag. 378. 23. A. U. C. DCCXIV. *Cn.* DOMITIO. *M. F.* CALVINO II. & *C. Aſinio* POLLIONE *Coſ.*

„lo III. ab AURELIANO *Imp.* una cum magnificentiffimis ædificiis, quæ circumfpiciebantur, in urbem receptus fuit. [g] Quapropter cum fuis omnibus adhuc ftetiffe ornamentis Obelifcum, etfi neglectum, crediderim, cum per aliquod temporis fpatium ejus area novis fubftructionibus vacua fuerit. Progrediente ætate crefcens terra, feu Tiberis incremento, five alia de caufa, ftratum ad magnitudinem Obelifci lapidem forte occuluit. Vidimus enim, non in veteri pavimento, fed plures defuper pedes & ad maximæ bafis planum fuiffe prolapfum. Ex quibus innuimus, poft PLINII ætatem magis magisque noftri gnomonis ufum nunquam fuiffe refectum, unde P. VICTOR, AMMIANUS MARCELLINUS, aliique, apud quos de eo mentio occurrit, de ejus per ea tempora ufu fcriptum nihil reliquere. Denique cum iteratis Barbararum gentium in urbem irruptionibus incommodi plurimum in ædificiis Roma perpeffa fuerit, tandem fub barbaro TOTILA, qui, antequam Epiftolam a BELISARIO confcriptam acciperet, incredibili crudelitate anno DLII mœnia pluribus in locis ad folum evertit, ac magnificentiffimas urbis moles delere cœpit, omnia in armentorum pafcua redigere minatus [h], Campi Martii Obelifcum ever-

 „fum

g) FLAVIUS VOPISCUS in D. *Aureliano*, cap. XXI. tom. 2. pag. 467. feqq. edit. quæ cum CASAUB. SALMASII & GRUTERI notis prodiit, L. B. 1671. 8. m. ubi SALMASIUS totus in eo eft, ut hæc ab AURELIANO fieri potuiffe neget. (vel pag. 206. col. a. & b. edit. *Aldina*. Venet. 1516. 8.)

h) PROCOP. *de bello Gothico*, lib. III. cap. XXII. pag. 319. 320. tom. I. *Scriptorum rerum Italic.* L. A. MURATORII, Mediolani 1723. fol.

„ſum fuiſſe plurimis rationibus demonſtratur. Ad„mirandum itaque Saxum ab eminentiſſimo loco de„jectum paullatim inter multa Campi rudera obru„tum fuit; nihilo tamen minus ab eruditis advenis „non ſine admiratione inviſebatur. Quare in perve„tuſto odœporico, ut perhibent Seculo VIII. aut IX. „exarato, a P. *Jo.* MABILLONIO & a BLANCHI„NIO Præſule, *Vir. Clar.* in lucem prodito, bis de „eo mentio fit. Deinde vero temporum diuturni„tate omnino ſeſe occuluit, ignobilis vilium ædifi„ciorum fundamentis ſervire coactus. Anno deni„que MDII ſub JULIO Pontifice, ut in duobus MSS. „Bibl. Vaticanæ hæc fuſe narrata comperi, cum „pro conficienda latrina in domunculæ cujusdam „tonſoris horticulo foderetur, detecta primum ba„ſis Obeliſci fuit, ac deinde ipſiusmet Obeliſci pars „apparuit. Quin vicini, qui circa illum inſulas ha„bebant, aſſeverabant, omnes pene ſe ipſos, dum „pro conficiendis cellis vinariis alias fodiſſent, in„veniſſe varia ſigna cæleſtia ex ære, artificio mira„bili, quæ in pavimento circa gnomonem erant. „JULIO Principi, in bellis tunc, ut ſemper implici„tiſſimo, ut Obeliſcum hunc iterum erigi & in „priſtinam formam, una cum gnomone, reſtitui fa„ceret, ſuaſere quidem permulti, perſuaſit autem „nemo. Idcirco tantum antiquitatis miraculum a „tonſore illo iterum ſepultum fuit. Poſt ejusmodi „repertum, quamplurima ſcriptorum teſtimonia, „tam ex editis quam ineditis voluminibus de eo ſtu„dioſe congeſſimus, quare notare tantum ſufficiat,

„*Ja-*

„*Jacobum* ZIEGLERUM, Mathematicum in Germa-„nia tua doctiffimum, in fuis *Explanationibus locorum* „*difficilium* PLINII Bafileæ MDXXXI editis, demon-„ftrationem, ac figuram noftri hujusce gnomonis, „omnium primum exhibuiffe. [i] Obelifcus iterum „in lucem prodiit, A. MDLXXXVII. cujus reper-„tum nobis graphice defcribitur in *Memorabilibus* „FLAMINII VACCÆ A. MDXCIV. exaratis, in qui-„bus hæc affert: - - SIXTI V. *ævo anno III fui Ponti*-„*ficatus apud* S. LAURENTIUM *in* LUCINA, *in parte* „*Martii Campi Eques* FONTANA *e lapide Ægyptiaco* „*Obelifcum repperit, quod cum ad aures Sanctitatis fuæ per*-„*veniffet, ut detegeretur, eo illum rurfus erigendi animo*, „*juffit, fed cum igne admodum confumtus effet, re nunciata* „*Pontifici, in priftino ftatu relictus eft* - - Inter reliquos „fcriptores, qui poftea de ejus ufu meminere, haud „prætereundus eft *Athanafius* KIRCHERUS, Lojolita, „vir fua tempeftate non fpernendæ eruditionis, „qui hac de re ampliffimam demonftrationem in lu-„cem protulit in *Obelifco Pamphilio.* Dum tamen in-„figne hoc vetuftatis opus adhuc altas inter ruinas, „non fine doctorum mœrore, delitefceret, cum *Pa*-„*tres S. Mariæ ad Portam Flaminiam* ædes nonnullas „everterent in Campo Martio, ut iis ablatis magni-„ficentiori ædificio locus effet, caput tertio extulit „felici fato, in IV partes fractus. Nam vix *Summo Pon*-„*tifici* BENEDICTO XIV. SIXTI V. & INNOCENTII „æmulo, hujusmodi vetuftatis miraculum detectum „effe, relatum eft, ut nulla impofita mora, proprio

 „ære

i) pag. 307. edit. citatæ nota (t) alphabeti tertii.

„ære e terræ visceribus erui jusserit. Atque, ut quam „celeriter id fieri posset, nonnullos Romæ Architectos consultos antea fuisse perhibent de modo, quo „erui Obeliscus posset, qui cum & maximum pecuniæ pondus expeterent, duasque insuper ædes funditus evertendas esse dicerent, MAGNUS PONTIFEX *Nicolaum* ZABALIAM ad suos pedes arcessere „constituit, qui statim rem aggressurum, nihil immutando, seque exigua mercede, quæ cæmentariis „debetur, contentum dixit. Vir hic celeberrimus „LXX annum excedens, neque bene loquendi, neque scribendi facultatem unquam novit, suamque „semper ædificatoriam artem exercere voluit, nihilominus quid circulus, triangulum, ac mechanicæ machinæ sint, penitus ignorans, vi naturalis „mechanicæ, expensis perquam exiguis, admiranda profecto opera Romano Populo, non sine Architectorum indignatione, exhibuit, ac feliciter „exhibet.

„Atque hæc ea sunt, - - quæ tum ad patefaciendum meum in res antiquas amorem, tum „etiam ad declarandam meam erga te observantiam cursim ac trium dierum intervallo dictavi. „Nescio enim quo fato factum sit, ut literæ tuæ ad „me tam sero perlatæ sint, quas deinceps, ut omnis „mora e medio auferatur, recta mihi Florentiam „mittes. -

„Inveni

„Inveni græcorum Mathematicorum nonnulla „volumina, quæ lucem nondum adſpexerunt. Hac „eadem die ipſiſſimas epiſtolas tuas *Magnanimo Cardi-„nali* VALENTI GONZAGÆ transmitto, quas in „præfatione mei operis publici juris facere jam de-„crevi. Vale, - - meque, ut facis, ama.

„Dabam *Florentiæ*. IX Kal. Octobr. MDCCXLIX.

Hucusque *Incomparabile Par amicorum*, *de* MARINONI & BANDINI. In quorum literis ne jota quidem mutato, ſolas adjectas notas mihi vindico.

Talis erat SESOSTRIDIS Obeliſcus, auguſtus, immortalis, & vel ipſi cœlo minitaturus. His molibus æternitatis gloriam inveſtigabant miraculis plenæ Memphis Imperatores. Aſt nec *Apollinis* Imperio ſua deſunt monumenta, æque magnifica, æque ſempiterna. *Archimedes*, *Ariſtoteles*, *Galilæus*, *Carteſius*, *Leibnitius* & *Newtonus* dum datur eruditio, ſuis operibus perennaturi. Difficilis aditus ad triumphalem hanc viam. Non nego. En tamen, *Ego* & *Ordo Meus*, *Vobis*, *Plurimum Reverendi*, *Doctiſſimi*, *Præ-Nobiliſſimique Candidati*, eandem aperio. Immo non ad primum modo, ſed & ad *Summum Philoſophiæ Gradum Vos* perducam. Purpuræ noſtræ diſtribuendæ ab Academia erecta dicatus jam dies ultimus menſis, quem ſibi

Fœtiferum Aprilem vindicat alma Venus, k

cur-

k) AUSON. 376. 4. Paris. 1730. 4. m.

currente ergo hoc ſpatio diligentiæ & profectuum veſtrorum ſpecimina mihi exhibeatis. Juſtiſſimum invenietis Diribitorem, *Digni Candidati*, quos ſolos cupio. Quod ſi eodem ſtudio continuaveritis, palmam habetis in medio poſitam, rapiat qui valet. Viæ *Vos* dedi, cui ſummo inſiſtentes & herculeo labore, monumentum queatis ædificare, quod cedat nulli ab iſtis *Sex-Viris* perfecto, quod nec concedat immortalitate excelſæ moli SESOSTRIDEÆ & Heliopolitanorum.



MONITUM.

Pag. 3. l. 16. ***Muſarum vero Statore, & omnis literaturæ auguſto Protectore, quod vel invidia concedere tenetur.*** Sancte adfirmare poſſum, hæc verba in MSCto, quod ſequor, eſſe deleta. Sed quum ea gaudeam felicitate, ut in terris vivam, cujus civibus libere licet & ſentire & dicere, & ubi nefas habetur, ex religionis diverſitate meritis alienis juſtum pretium nolle ſtatuere, non dubitavi loco ſuo reſtituere iſta verba. Quippe laudem continent a veritatis ſtudio profectam, cuique adſtipulari omnes oportet, qui non omnino nullo ſunt judicio. Videor mihi hoc monitum debere quieti celeberrimi Auctoris, cui, ne hinc ab invidis & injuſtis pericula pararentur, verendum erat.

J. a P.

17

Nomi de' Maeſtri, che hanno inſegnato a i SS. COLLEGIALI gli Eſercizii Cavallereſchi dell' Accademia.

Molto Rev. Sig. Giuſeppe Fabbrini Maeſtro di Cappella della Metropolitana di Siena, e di queſto Collegio.
Sig. Dionigi Montorſelli Maeſtro di Diſegno.
Sig. Franceſco Rampini Maeſtro di più Stromenti.
Sig. Donato Gaetano Lapini Maeſtro di Chitarra.
Molto Rev. Sig. Galgano Rubini Maeſtro di Violino, e Cembalo.
Sig. Pietro Biſcarra Maeſtro di Tromba marina, Flauto, e Violone.
Sig. Giacomo Pietro Puccioni. } Maeſtri di Ballo.
Sig. Gio: Puccioni. }
Sig. Bartolomeo della Guardia Maeſtro di Spada, Spadone, ed Alabarda.
Sig. Lorenzo della Vigna Maeſtro di Spada, e di Bandiera.
Sig. Samſon Vandetheyden Maeſtro di Spada, e d'Ordinanza.

IL FINE.



APPROBATIO
Ordinis Philoſophici in Academia Gryphica.

P erlecto Georgii Mathiæ Boſii, *Profeſſ. Phyſ. in Acad. Wittemb. celeberrimi* Commercio Epiſtolico de Seſoſtridis, Auguſti & Benedicti XIV. Obeliſco, *cum tantum abſit, ut quicquam in hoc Specimine invenerimus purioris religionis capitibus, bonisque moribus adverſum, ut potius plurima in eo occurrant, quæ Reipublicæ Litterariæ non niſi gratiſſima, elegantioribusque Scientiis promovendis maxime idonea haberi debeant, digniſſimum illud judicavimus, quod in lucem edatur.* Datum Gryphiswaldiæ, d. XX. *Junii* cIↄ Iↄ cc l.

(L.S.)

ANDREAS MAYER
p. t.
Fac. Philoſ. Decanus.

ERRATA.

Præf.)(3. l. ult. *exorſerat* lege *exarſerat.*

pag. 2. Not. l. 2. *S. T.* l. *S. J.*

\- 3. l. 6. *ſuppedit* l. *ſuppetit.*

\- 21. l. 6. à fin. l. *in Ægypto canales.*

Mc

